

Quedam mulier sibi a demone in
forma hominis visibiliter apparere
multas molestias sustinebat. Me-
taque remedia nunc aque benedictae
asperzione nunc hoc nunc illud ad-
hibebat remedium: sed nec ille ces-
sabat. Quidam vir sanctus conuenit
sibi ut cum ad eam accederet: illa
elevatione manibus sancta Maria ad-
iuua me protinus exclamaret. Quod
cum illa fecisset: dyabolus quasi la-
pide percussus territus fugit. Sterit
et postmodum dixit. Mater dyabo-
lus intret in buccam illius qui te-
stis docuit et statim euauit: nec
ad eam postmodum accessit. **Po-**
tandum quod quoddam miraculum vir-
ginis est in fine legende sancti Ro-
berti quia in eo de ipso sancto Ro-
berto agit in parte. **De nomine.**

Bernardus dicitur a ter quod
est puteus vel fons et nardus quod
dicitur glossa super cantica. est herba
humilis et calide nature. fuit enim
calidus in feruenti amore. humilis
in conuersatione. fons in doctrine ema-
natione. et puteus in scientie profun-
ditate. Eius vitam Guillelmus ab-
bas sancti theoderici et socius beati
Bernardi et Bernardus abbas bo-
neuallensis scripserunt.

De sancto Bernardo abbate.

Bernardus in burgundia
Castrofontanis opido ex
nobilibus valde et religiose
parentibus ortus est. Cuius pater Reuel-
lus miles seculo strenuus: nec mi-
nus deo religiosus. Mater vero Aa-
leth nuncupata est. Nec septem
filios genuit. Sex masculina vnica

Mares autem omnes monachos futu-
ros: feminam sanctimoniam. Mo-
x autem ut filium partu ediderat: mani-
bus propriis ipsum domino offerebat. A-
lienis uteribus ipsos nutrire refugi-
ebat: quasi cum lacte materno: mater
in quodammodo boni infundens eis
naturam. Cum autem creuissent quod diu
sub manu eius erat heremo magis
quam curie nutrebat: ab eis grossis et
communibus pascens eos quasi conti-
nuo ad heremum transmittendos.
Cum ergo tredecim filium scilicet Bernar-
dum adhuc gestaret in utero: vi-
dit somnium. caculum in dorso sub-
uersum et latrantem in utero se habere.
Quod cum quidam viro dei exposuisset et
ille prophetica voce respondit. Optimum ca-
tuli me eris qui domus dei custos
futurus: magnos contra inimicos
dabit latratus. Erat enim predicator:
egregius et multos medicinali lin-
gue gratia curaturus. **Cum autem**
Bernardus adhuc puerulus esset et
gravi dolore capitis egrotaret: re-
mentem ab se mulierculam ut do-
lorem sui capitis: suis carminibus
mitigaret: cum indignatione nimia
exclamans repulit et abiecit. Puel-
li autem bono zelo diuina non desuit
clementia: si continuo surgens literatum
se esse cognouit. **In sacratissima**
dominice natiuitatis nocte cum pu-
er Bernardus matutinale officium
in ecclesia expectaret et qua hora
christus natus fuisset scire cuperet
apparuit ei puerulus iherosolymitanus quasi
lucrum ante oculos suos ex utero
matris nasces. Unde quod diu viri
hanc fuisse horam natiuitatis domine